UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sobrietas

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

...plioris cuiuſdam cupiditas in anima. *ibid.*
...quam eſt alterius cupiditas, quam eius, cuius à natura ...cus, & ipſum eſurire cibi. *Plato de Rep. dial. 4.*
...eſt nec multi, nec pauci, nec boni, nec mali, neque in ...lis cuiuſdam eſt, ſed ipſius potus ſolum natura ſitis eſt.

...anima in quantum ſitit, non aliud quid vult quam bi... appetit, & ad hoc feſtinat. *ibid.*
...ralis liquorem appetit, priuſquam ſenſu ſentire non a... ſed poſtquam agnouimus, ru...ſus appetimus appetitus, ...ſequitur, imaginarius eſt, & à ſubſtantia noſtra remo...dens vero ſubſtantiæ intimus: ideo quum liquorem gu...i nur non ſequentis propriæ, ſed antecedentis appetitus ...plectimur, & in ſubſtantiam noſtram perfecte transferi... *Plat. Theol. l. 10. c. 3.*

¶ Exempla Biblica.

...mpla: Agar & eius filius, *Gen. 21. v. 14. 15.* Iſraelitæ, *Exod.* ...em. 9. v. 20. *Num. 20, v. 2.* Siſſera, *Iud. 15. v. 18.* Exercitus ...elitis & Iuda, & Edom, *2. Reg 3. v. 9.* Betuliani, *Iudith 7.* ...i. *Eſa. 5. v. 13.* lactantes paruuli, *Tren. 4. v. 4.* Chriſtus ...*Ioan. 19. v. 28.* Apoſtoli, *1. Corint. 4. v. 11.* Paulus, *2. Corint. 11.*

...*ſequentem tit. de Sobrietate.*

Sobrietas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...s, Græce σωφροσύνη, ης, ἡ, & σώφρων, ονος, ὁ, ſobrius dicitur. ...as proprie eſt circa potum inebriatiuum: large vero eſt ...nnem materiam. *ſec. B. Tho. ſecund. Secund. q. 143. c. princ.* ...eſt, qui in cibo & potu temperans eſt, quaſi ſine ebrieta... ...tis nomine etiam temperantia ſignificatur.

¶ Biblici Loci.

...s commendatur *Luc. 21. 34. Rom. 13. 14. 1. Theſſ. 5. 6. 1. Tim.* ...*4. 5. Tit. 1. 8 & 2. v. 2. 3. 5. 12.* Sobrietas animi commendatur, ...*Cor. 5. 13. 1. Theſſ. 5. v. 6. 8. 1. Pet. 1. 13 & 4. 9. & 5. 8.* ad ſobrie...ndum, *Rom. 12. 3.* Sobrius, temperans, qui ſuis affectibus ...m ebrio ſpeciatim, tum intemperanti generatim oppoſi... *1. Theſſ. 5. 6. 1. Tim. 3. 2. 11. Tit. 1. 8 & 2. 2. 5. 6. 1. Petr. 4. 13 &*

¶ Patrum Sententiae.

...s eſt mentis & ſenſus, membrorum omnium, corporiſq; ...atis pudicitiæque munimentum, pudori proxima ami... ſerua honeſtatiq; ſemper coniuncta, criminumq; & vi...tium profuga. *Auguſt.*

...s eſt recti iudicii tenax, memoriæ recordationiſq; inſe... ...pientia, ſecretorum cuſtos, arcani velamen lectionum & ...pax, ſtudiorum & artium bonarum diſciplina, pariter & ...geniorum, & capiendorum pediſſequa, bonæ famæ ſem... ſalubria atq; vtilia creans, virtutis ſingulare auxilium, ...ratione diſponens, in congregatione honeſtorum ſe ...rens. *ibid.*

...temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis ...mperat ſuperbiam deteſtatur, domum familiamq; cum ...e gubernat, fidem ſibi committentibus ſeruat. *idem.*

...is perſeuerantia inæſtimabilis eſt animi fortitudo, om...tutes, & omnes laudum tituli concupiſcunt: quia ſine i... ...ut placere non poſſunt. *idem.*

...s omnium virtutum mater eſt, ſic è contrario ebrietas ...tiorum origo. *Orig. hom. 87.*

...s felix, ſatietas ſalutaris, quæ quanto copioſius ſumitur, ... ſobrietatem mentibus donare dignatur. *Caſſiod. ſuper*

...naturæ ſatis eſt, replere indigentiam velis, nihil eſt, quod ...luentiam petas, paucis minimiſq; natura contenta eſt, ...atem ſi ſuperfluis velis vrgere, aut iniucundum, quod in... aut noxium. *Bern. de conſ.*

¶ Sententiae Poeticae.

Horat. 2. ſerm. 2.

...ipere nunc victus tenuis quæ, quantaque ſecum
...ferat: in primis valeas bene: nam varia res
...noceant homini, credas memor illius eſca,
...ſimplex olim tibi ſederit.

Ibid.

Vides vt pallidus omnis
...na deſurgat, dubia? quin corpus onuſtum
...ſternis vitiis animum quoque prægrauat vna,
...que affigit humo diuinæ particulam auræ.
...lter, vbi dicto citius curata ſopori
...embra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.

Lucan, lib. 4.

...ſcite quam paruo liceat producere vitam
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus Conſule Bacchus,
Non auro murrhaque bibunt, ſed gurgite puro
Vita redit: ſatis eſt populis fluuiuſque Cereſque.

¶ Sententiae Philosophicae

Hanc ſanam ac ſalubrem formam vitæ tenete, vt corpori tantum indulgeatis, quantum bonæ valetudini ſatis eſt, cibus famem ſedet, potio ſitim extinguat, veſtis frigus arceat, domus munimentum ſit aduerſus infeſta corporis, hanc vtrum ceſpes erexit, an varius lapis gentis alienæ, nihil intereſt. Scitote tam bene hominem culmo quã auro tegi, Cogitate nihil præter animum eſſe mirabile, cui magno nihil magnum eſt. *Senec. epiſt. 5.*

Sine faſtidio implendus eſt venter. Quid enim ad rem pertinet quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? *Epiſt. 21.*

Sobrietas virtus eſt appetentis, per quam prauæ voluptates non appetuntur quidem. *Ariſt. de virtut. & vit. diuiſ.*

Sobrietas eſt affectus moderationis contra incentiua crapulæ, & diluuium ebrietatis. *Cic. de Offic.*

Sobrietas & animabus vtiliſſima eſt ac etiam corporibus. *Philo de verbis. Reſipuit Noe.*

Sobrietas eſt cibi & vini optima moderatrix, qua qui caret, omnes aliæ virtutes obſcurantur. *Franc. Patr. de reg. l. 6. c. 26.*

Sobrietas continentia eſt Dei cultus. *Auguſt. Steuch. de prec. philo li. 10, c. 79.*

¶ Apophthegmata.

Muſonius. Delicatulos picam expertis mulieribus non diſſimiles eſſe aiebat Nam & ipſi, inquit, velut illæ familiariſſimos cibos faſtidiunt, ore ventriculi corrupto. Itaq; vt ferrum inutile acie noua ſemper eget, ſimiliter & illorum ſtomachi inter edendum acui nunquã non poſtulant, ſiue mero, ſiue aceto, ſiue acerbo aliquo condimento *lib. de alimen. apud Stob.*

Anonymus. Lacon quidam conſpiciens quendam pretioſam auiculam ſibi appoſitam præ faſtidio renuere: at mihi, dixit, etiam vultur & hircus ſapiunt. *Stob. ſerm. 13.*

Zeno Citticus ne per morbum quidem cibo magis delicioſo vti voluit. Igitur medico columbinum pullum conſulente, ipſe conſilii impatiens, non ſecus quam mancipium nomine Manem, ſi ægrotaret, curari ſe iuſſit. Si enim, inquit, abſq; ſumptuoſis alimentis recuperare ſanitatem ſeruus poteſt, quid idem mihi futurum prohibet? *Laert.*

Archidamus. Quodam Archidamo pollicente vinum ſuaue: Quorſum, inquit opus? quandoquidem & plus abſumetur: & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. O vere maſculum animum & omnium deliciarum contemptorem. *Plut. in Lac.*

Demades prandens apud Phocionem, cum apparatum admodum tenuem videret: Demiror, inquit, ô Phocion, te Rempubl. adminiſtrare, cum poſſis ad iſtum prandere modum. Bis errans, & quod luſtrare crederet tantum cauſa putaret adeundam Rempubl. & quod lucum probaret in eo, cui maxime conueniebat ſobrietas. Sed Demades alios è ſuis moribus æſtimabat: Erat enim & pecuniarum auidus, & luxui deditus. *Eraſ. l. 6. apoph.*

Leotychidas, percontanti cuidam, quamobrem Spartiatæ parciſſime biberent? Ne, inquit, Leotychidas, pro nobis alii, ſed nos potius pro aliis conſultemus. Saltiſſime notans, vinoſos non eſſe ad conſultandum idoneos, at ſalubrium conſiliorum parens eſt ſobrietas. *Plat.*

Cyrus maior, cum ad hoſpitem diuertiſſet, rogareturq;, quid ſibi cœnæ vellet apponi? reſpondit: Panem tantum, & ſperare ſe prope fluentem riuulum cœnaturum. Hic ſuos etiam monere ſolebat, vt aquam bibere conſueſcerent, & fierent Hydropotæ, quod vinum omnibus bonis rebus inimicaretur. *Xenoph.*

Romulus legitur vini fuiſſe parciſſimus. Is ad cœnam vocatus, quum ibi minimum bibiſſet, eo quod poſtridie negotium haberet, dicunt illi ſimiliares: Si ad iſtum modum bibant omnes homines, vinum eſſe vilius, ille reſpondit: imo vero carius ſi quantum quiſq; volet, bibat, nam ego bibi, quantum volui. *Eraſ. li. 6 apoph.*

Epaminondas. Legati venerunt à Perſarum Rege, ferentes aurũ, animo corrumpendi munerib. Epaminondam: Inuitati ſunt igitur ad prandium ab ipſo: intelligebat enim, qua gratia appuliſſent iuſſit vero à prandio, vt cauſam aduentus explicarent. Appoſita eſt menſa vilis, bibebant vinum acidum, neq; habebant quod ad hæc dicerent. Tum ille ſubridens: Abite, inquit, & domino veſtro mea prandia narrate, vt intelligat, iis me contentum non facile ad proditionem allici poſſe. *Æmil. Probus. Stob. ſer 5. Idem de Xenocrate Alexandri Macedonis quinquaginta auri talenta recuſante refertur.*

Piſcennius Niger, militib. vinum ab eo petentibus: Nilum habetis, inquit, & vinum quæritis? Docuit autem, vinolentiam militib. ceu peſtem fugiendam eſſe, qui tum demum ad res gerendas prompti ſunt, quum ratio mero non peruertitur. *Bruſ. Spart.*

Idem, Romanis à Saracenis victis, dicentibuſq;, Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus: idem inquit: Erubeſcite, nam qui nos vincunt, nil aliud quam aquam bibunt. *Spart.*

Fridericus Imp. ſtudioſiſſimus temperantiæ ac ſobrietatis cultor fuiſſe dicitur, Is quum audiſſet, Leonoram vxorem (quæ pa-

terna in domo nunquam vinum guſtauerat) facile filios parituram, ſi in Germania, tam frigida regione, vinum biberet: dixiſſe fertur, malle ſe ſterilem vxorem habere, quam vinoſam. Non ignorauit autem Imperator fortiſſimus, quam multa vinolentiam mala comitentur: & tum præſertim, quum fœmineum genus nimio vino obruitur. *Æn. Sylu. lib. 2. comment. de reb. geſt. Alphonſ.*

Alphonſus, cum interrogaretur, cur vini expers viueret, aut vino dilutiſſimo contentus ſitim expleret, contra omnium Regum & aulicorum morem? reſpondit; Vino ſapientiam obſcurari, ideoq; non decere regem, vt hoc immodica comparatione in animo extinguat, ſine quo imperatoris ac regis nomen rite tueri non poſſit. *Panor. l. 2. de reb. geſt. Alphonſi.*

Idem, interrogatus, quid ſibi vellet, quod vinum aqua dilueret? Ne ebrius fiam, reſpondit: non enim ignoro, quantum vini intemperantia Alexandri Macedonum Regis gloriæ obſuerit. *Panorm. li. 2. de dictis & factis Alphonſi Regis.*

Idem, ab amico etiam percontatus, Cur adeo ebrietatis vitium damnaret? Ideo, inquit, quia furorem & libidinem ebrietatis filios eſſe haud ignoro. *Panor. li. 2.*

¶ Biblica Exempla.

Sobrietatis & abſtinentiæ *exempla*: Moyſes, *Exod* 24. ✠. 18. vxor Manoah. *Iud.* 3. 4. Iſraelitæ. 20. ✠. 26. 1. *Sam.* 4. ✠. 10 & 7. *v.* 6. & 14. *v.* 26. *Nehem.* 9. ✠. 1. *Dan.* 1. *v.* 8 & 9. *v.* 3. Dauid, 2. *Sam.* 23 *v.* 17. Achab, 1. *Reg.* 21. *v.* 27. Rechabitæ, *Iere* 35. *v.* 6. 14. Ezechiel, *Ezech.* 4. *v.* 9. Daniel, *Dan.* 1. *v.* 8 & 9, ✠. 3 & 10. ✠. 3. Eſdras, 1. *Eſdr.* 8. *v* 21. Nehemias, *Nehem.* 1. ✠. 4. Ioſaphat, 2. *Paral.* 20. ✠. 3. Iechonias & populus, *Baruch*, 1. *v.* 5. Ioannes Baptiſta, *Matth.* 3. *v.* 4. ✠. 11 & 18 Anna Prophetiſſa, *Luc.* 2. *v.* 27. Apoſtoli, *Luc.* 16 ✠. 7 *v.* 24. & 42. *Ioan* 21 ✠. 13. Ieſus Chriſtus. *Matth.* 4 *v.* 2 *Luc.* 4. *v.* 2. Paulus & Barnabas, *Act.* 14. ✠. 23.

¶ Hieroglyphica.

Virum perpetuo ſitientem per *Orygis animalis* effigiem ſignificabant veteres: quin & remedia ſitientibus ex eo comparabant liquore quodam in eius corpore fauſtus ſaluberrimi reperto. *Pier. Valer. li. 10. pag. 90. F.*

Neq; deſunt, qui *Amethyſtum* pro *Sobrietate* poni dicant: quod eiuſmodi lapidem contra ebrietatem ſtare compertum eſt. Non enim vino tentari poteſt, qui eum geſtat: in quo prẹter nomen: quod eius eſt ſignificationis, nihil certi habeo: pleriſq; tamen qualecunq; ſit commentum, placet. *Idem li. 42 pag. 404. E.*

Vide Ebrietas, Temperantia.

Societas.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

SOcietas, Græce ἑταιρία, ας, ἡ, & ἑταῖρος, ου, ὁ, ſocius dicitur. Societas Hebr. *Cheber. Chebrah & Chabbereth*, à verbo *Chibbar*, conſociatus eſt, in 2, coniug. in 1. *Chabhar*, proprie dicitur de conſociatione parium, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei & conditionis, vt quando milites militibus coniunguntur, aut cortinæ cortinis copulantur. Eſt autem ſocietas duorum pluriumve coniunctio, contracta ob commodiorem vſum & vberiorem quæſtum.

Societas eſt adunatio hominum ad aliquid perficiendum, ideo multiplicatur in ſe. *Illud ex B. Tho. opuſc. contra religionis impugnatores. c. 5. eod. col. 3. fin.*

Socius proprie dicitur, qui in re ſeria ac laborioſa alicuius pars eſt. vnde ſocii populi Romani dicebantur, ita cum his fœdere coniuncti, pacis & belli participes eſſent. Dicitur autem ſocius, quod ſecet & diuidat laborem alterius, vel quod eum in re laborioſa ſequatur.

Socius, comes, & ſodalis ita differunt, quod comes eſt, qui cum alio ſimul it, & tanquam ducem ſequitur, ſodales in rebus leuioribus, & fere in conuiuiis: dicunturq; ſodales: quaſi ſimul edales, ſicut comites, quaſi ſimul euntes. Vel ſodales, quaſi ſimul in menſa ſedeant: vel quod inter ſe ſuadeant, quod commodum eſt.

¶ Loci Biblici.

Societas bona conſectanda, mala fugienda, *Gen.* 19. 15. *Leu.* 7. 19. *Num.* 16. 25 & 25. 4. *Ioſ.* 23. 12. 2. *Sam.* 22. 27. 2. *Paral.* 19. 2. *Iob* 31. 1. *Pſ* 26 ✠. 4. 8 & 37. 1. *Pſ.* 18. ✠. 26. 27. *Prou.* 1. ✠. 10. 15 & 4. 14 & 6. 25 & 13. 20 & 22. *v.* 5. 24 & 24. 1 & 29. ✠ 27. *Ier.* 16. 8. *Eccl.* 6. 35 & 8 *v.* 1. 18 & 9. 21 & 12 10 & 13 *v.* 1 20 *Tob.* 1. 5. *Matth.* 7. 15. *Act.* 19. 9. 2. *Cor.* 2. *Cor.* 6. 14. *Epheſ.* 15. 1. 2. *Tim.* 4. 14. *Apoc.* 18. 4, ſocietatis commoda *Eccleſ.* 4. ✠. 9. ſocietas ſpiritualis, quam pii cum Deo habent, 1. *Cor.* 6. ✠, 17. 1. *Ioan.* 1. 6. ſocietatis bonæ fructus, *Gen.* 18. 32 & 30. ✠. 30 & 35. 3 & 39. 5. *Iud.* 5. 15. 2. *Reg.* 3 *v.* 14. 15. *Dan.* 2. ✠. 17. 18. *Act.* 2. ✠. 1. 44 & 9. 26 & 27. ✠. 24.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater. *Prou.* 18.

Melius eſt duos eſſe quam vnum: Habent enim emolumentum ſuæ ſocietatis, ſi vnus ceciderit, ab alio fulciatur. *Eccl.* 4.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea & qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiam: pondus ſuper ſe tollit, qui [...] ſe communicat: & ditiori ne non ſocius fueris. *Eccl.* 12.

Sicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. [...]

¶ Patrum Sententiæ.

Societas nullo modo fit maior accedente ſiue permanente [...] ſorte poſſeſſionis bonitatis: imo poſſeſſionem bonitatis [...] tius, tanto cōcordius indiuidua ſociorum poſſideat charitas [...] bebit deniq; iſtam poſſeſſionem, qui eam noluerit habere [...] nem, & tanto eam reperiet ampliorem, quanto amplius [...] rit amare conſortem, *Auguſt. de ciuit. Dei.*

Non turbatur nauis quæ Petrum habebat, ſed turbatur [...] Iudam habebat, & ſi multa illorum diſcipulorum mer[...] bant: tamen adhuc perfidia proditoris agitabatur, in [...] ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus [...] fidum, caueamus proditorem, ne per vnum plurimi [...] *Ambr. ſuper Luc. l. 4.*

Voluit Chriſtus deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolis [...] vt cum ſis deſertus à ſocio, proditus ab ipſo, modereris [...] erraſſe iudicium, periiſſe beneficium. *ibid. l. 5.*

Tolerandi vbiq; ſunt proximi: quia Abel fieri non [...] Cain malitia non exercet. Vnum vero eſt, potentia qua [...] tas malorum debeat, ne, ſi fortaſſe corrigi non valent, a[...] nem trahant, & quum ipſi ſua malitia non mutantur, [...] coniuncti fuerint, peruertant. *Greg in hom. 9. ſuper Ez[...]*

Bonus ſic malo connectitur, vt aut pares reddantur, [...] inuicem ſeparentur. Amicitiæ enim pares aut quærit [...] *Chryſ. ſuper Matth.*

Rerum natura ſic eſt, vt quoties bonus malo coniungitur [...] bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur [...] enim rerum nunquam poteſt habere concordiam, & [...] citat ſocietas nefanda. *ibid.*

Vitioſus conſcientias vitioſorum non refugit, & [...] dent, vnus minime forte ſentitur. *Bernardus libro [...] ratione.*

Ante ignem conſiſtens, etiamſi ferreus ſis, aliquando [...] proximus periculo diu tutus non erit. Per aſſiduitatem [...] homo. Sæpe familiaris implicauit, ſæpe occaſionem [...] ſæpe quod voluntas non potuit, aſſiduitas ſuperauit. *[...] liloquior.*

Melius eſt habere malorum odium, quam conſortium [...] na multa habet communis vita ſanctorum, ſic plurima [...] tas affert malorum, *ibid.*

Amabilis ſocius omnibus eſt officioſus, & nullio[...] deuotus ad Deum, benignus ad proximum, ſobrius a[...] Domini ſeruus, proximi ſocius, mundi dominus. ſuper[...] gaudium, æqualia ad conſortium, interiora ad ſeruitium [...] *de anima.*

Ipſi quoq; homini duplices manus, ſocias aures, oculos [...] Diuina tribuerunt, vt robuſtius perageretur officium, [...] fuerat ſocietate complendum. *Caſſiod. li. 2. Epiſt.*

Melior eſt ſocietas ſimplicis inter ſapientes nutriti, [...] dentis cum peccatoribus educati. Dulcior eſt ſapientia [...] inter ſapientes, quam dulcis inter inſipientes. *Petrus C[...]*

¶ Sententiae Philosophorvm.

Humanitas vetat ſuperbum eſſe apud ſocios, vetat a[...] bis, rebus, affectibus communem ſe facilemq; omnibus [...] lum alienum malum putat, bonum autē ſuum ideo ma[...] alicuius bonum futurum eſſe amat, *Senec. Epiſt.* 11.

Omnium ſocietatum nullu præſtantior eſt, nulla [...] quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate [...] *ibid.*

Nulla res magis animos inhoneſtos, & in prauum incl[...] uocat ad rectum, quam bonorum virorum conuerſatio [...] enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, [...] aſpici, frequenter audiri. *ibid.*

Conuictor delicatus paulatim eneruat & emollit, ne[...] imiteris, aut oderis: vtrumq; autem deuitandum eſt, ne [...] malis fias, quia multi ſunt: ne vel inimicus multis, q[...] ſunt. Cum his conuerſare, qui te meliorem facturi ſunt, [...] te, quos tu potes facere meliores. *ibid.*

Nullius rei ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio. Non magis [...] ager cum redditibus amplis, quam vicinus æqualis [...] bonis: ſit tibi erga ſingulos ſalſi libra ſermonis, at te bla[...] comem iuuenes, grauem ſenes metiantur. *ibid.*

Ante circumſpiciendum eſt. cum quibus edas & bi[...] quid edas & bibas. *ibid.*

Comes facundus in via pro vehiculo eſt. *in Prou.*

Socii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. [...] *Verr.*

In rebus minimis ſocium fallere turpiſſimū eſt, propter [...] auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem co[...] rit. *Pro Roſc. Amer.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN